

www.e-rara.ch

**Martini Crusii Grammaticae Latinae, cum Graeca congruentis[, partes
duae]**

Martini Crusii Grammaticae Latinae, cum Graeca congruentis, pars prima

Crusius, Martin

Basileae, anno 1612

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-24957>

Illustrissimis principibus, Eberhardo & Ludovico, fratribus Germanis, ducibus Wirtebergicis & Tecciis, comitibus Mompelgardi, dominis suis clementissimis, Martinus Crusius s.p.d.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ILLVSTRISSIMIS
PRINCIPIBVS, EBERHARDO
& LVDOVICO, fratribus ger-
manis, Ducibus Wirtebergicis &
Tecciis, Comitibus Mom-
pelgardi, Dominis suis
clementissimis,

MARTINVS CRVSIVS

S. P. D.



*Q*UANTVAM pleraque alia ar-
tes & doctrinae, in maiore honore
sunt, plurimumq; doctorum homi-
num scriptis frequentantur, quàm
Grammatica: tamen, cur eius me pudore de-
beat, non video. Non enim ita contemnenda ea
professio est, ut vulgò putatur. Nam cùm sin-
gulari munere Dei, homo duabus præcipue
rebus à bestijs differat, ratione & oratione:
Grammatica iam est hominis propria, quàm
oratio ipsa. Docet enim ea ars propriam &
perspicuam orationem, quæ interpret sit & nū-
cia rerum ratione cogitatarum. Ideo mox cum
primo homine cæpit: & primus parens, cùm

singulis animantibus sua nomina imponeret: ac nepotes eius, cum literas (autore Iosepho) in columnis inscriberent: primos se professi sunt Grammaticos. Sed & Deus ipse, quando digito suo praecepta Legis in lapideas tabulas inscripsit, Grammaticam approbavit. Moses sanè antiquissimus Autor, totq; excellētes tum Graeci tum Latini scriptores, sine Grammatica beneficio libros suos posteritati relinquere non potuissent. Ac Christus ipse, Simoni nomen imponit Cepha, seu Petri. Fuit verò & in Graecia ita honesto loco hac ars habita, ut Apollodoro Plinius scribat ab Amphictyonibus, amplissimo Graeciae Senatu, honorem habitum. Et Alexandria Aegypti celebres Grammaticos aluit: Eratosthenem, Aristophanem Byzantium, Aristarchum, Tryphonem, Didymum, Hephaestionem, & alios. Nec Roma talibus caruit: ut M. Varrone, quo neminem unquam doctiorem vixisse Laetantius perhibet: ut Apionem, quem immortalitate à se donari, scripsisse ait Plinius, ad quos aliqua componeret. Horum multi praecepta artis scripsere: ceteri aut praeceptis instituti fuerunt, aut alios instituerunt, aut praecepta inscribendo secuti sunt. Iulium certè Caesarem artem Grammaticam scripsisse, Suidas indicat. Et Carolum Magnum
Gramma.

Grammaticam patrū sermonis inchoasse, Men-
sibusq; Germanica nomina, ea quibus ferè ho-
die utimur, incidisse, Eginhartus & Vispergēs-
is testis est. Omitto doctissimos huius aetatis viros,
qui hanc artem tractatione sua cohonestare,
& praeceptis illustrare dignati sunt. Non ergo
despicienda est haec scientia, quae ita antiqua sit,
& tum à Deo immortalis, tum à clarissimis ho-
minibus comprobata. Nam de utilitate ac ne-
cessitate eius, hic nihil dico. Quocirca non pœ-
niteret me, si quàm maximè essem Grammati-
cus. Nunc verò exigua aliqua in me esse agno-
sco. Et tamen si quid est, puto id iuventuti li-
benter impertiendum: nec tempus quod mihi à
publicis lectionibus superesset, perdendum esse.
Nec quia multa ab alijs doctissimè scripta Grā-
matica extant, ideo de hoc genere amplius scri-
bendi potestatem ademptam opinor, non magis
quàm in alijs doctrinis omnibus: praesertim cū
haec dudum mea fuerit professio, nec aliud a què
prestare possim. Cū igitur duae praecipuè lin-
guae externae in Scholis versentur, quae tam tan-
tū praeceptis solidè disci possunt, Latina &
Graeca: contuli perspicuè praeceptiones utriusq;
ita inter se, ut prorsus eadem viri bique, ubi fie-
ri posset, ratione & via, verbis etiam usque,
uterer, quò utriusque cognatione apparente,

quasi uno labore percipi possent ambæ: cum, si
 contrà fiat, non mediocriter infirmior ætas per-
 turbetur. Feci idem quoque aliquando antea:
 sed nunc multò diligentius, & longè alio (pra-
 sertim in Latinis) modo. Non prætermisi au-
 tem ferè quicquam, ad utilem in hac arte in-
 stitutionem: & si quis aliquid omissum cõqueri
 posset, alijs reb. satis compensatum videbit. Feci
 aut partes Quatuor, binas viriq. lingua attri-
 buës. Earũ duæ priores, quæ simplices sunt inci-
 pientib. sunt accommodatæ. Posteriores duæ, non
 modò ijs qui iam aliquò progressi sunt, sed etiã
 robustioribus prodesse possunt. Nec verò interea
 cuiusquam Grammatica reijcio: nedum illius
 magni, à quo omnes didicimus, MELAN-
 THONIS: cuius recordatio omnibus p̃ys me-
 ritò gratissima est: cuius etiam vestigijs in do-
 cenda hac arte ego insiti, & velut explicatio-
 nem scribere valui. Ex qua quisque tantum su-
 mere poterit, quantum sibi utile iudicabit: for-
 tasse operam non perditurus. Quo quidem meo
 studio. Illustrissimi Principes, etsi Celsitudini ve-
 stra opus non erat: propterea quòd tu EBER-
 HARDE Dux, iam antè ab ornatiss. Doctore
 tuo SEBASTIANO COCCO, quantum sa-
 tis est, in hoc genere perceperis: tibi verò LV-
 DOVICE Princeps, ea quæ ætati isti conue-
 niunt,

niunt, diligenter tradat doctiss. Magister ANDREAS Laubmarius: tamen hos libellos offero. Primam quidem, quia me gratum esse convenit, cum mihi tam aliquot annos, in hac inclita Academia vestra & docere, & alijs beneficijs frui, Illustrissimi Principis patris vestri, Domini mei omni studio colendi, clementia cõrigerit. Quem animum meum cum nulla ratione declarare possem, nisi hoc tenui munusculo: do sanè id, quamuis timide. Sed tamen vos clementer accepturos, me quidam virtute & doctrina ornati viri, amici mei, sperare iubent. Deinde verò quoniam tale scriptum iuventuti servit, in primis vestra ditionis, & ijs qui aliquando huc venturi sunt, presertim ex nobilitate: usq; nisi hac arte probe instructi, in maioribus studijs bene versari nequeunt: non inconueniens existimaui, si iuventuti inferuire volens, ante omnia iuventutis appellarem Principes: ut, si vestra Celsitudini factum meum nõ improbaretur, ceteri non haberent quod reprehenderent. Accipite igitur, Illustrissimi Principes, benignè hanc primam partem Latinam: qua si tonuior est, principium tantum vberioris explicationis est. Exemplo autem Illustrissimi Parentis vestri, Domini mei clementissimi, ad cetera dignitatis, pietatis, virtutis ornamenta,

eruditionem ordine vestro dignam, & ad Rem-
publicam aliquando salutariter regendam ido-
neam, feliciter adiungite. Valeat Celsitu-
do vestra. Datum Tybingæ, 8. Ca-
lend. Augusti, Anno

1562.

LEONHARDVS ENGELHART
Halenfis.

Nemo Grammaticus cupit vocari:
Et vult quilibet esse litteratus.
Nunc multis vitium putatur, olim
Quæ laus summa fuit peritorum.
Hanc causam puto forsitan subesse:
Quod magno capitur labore paruum
In mundo precium. Sed hoc quid ad nos:
Si sunt in mare, qui piam iuventam
Offendunt, potius ferum locandi?
Qui prosunt pueris, ferent laboris
Mercedem, velut ipse Christus inquit:
Fecistis minimis meis quod: illud,
Sit factum veluti mihi, putabo.
Quis non Grammaticus volet vocari?